

Atheniensibus obtinuerūt. Proinde nō fuit  
inferendum in nostra republica adeo sc̄dum  
exemplum: neque fuerūt nouis hominibus  
aditus aperiēdi, vt se se supra suam naturam  
attollerent, quibus vtilius est parere quā prę/  
esse. CÆS. Nescio mediussidius cur tanto pe/  
re extollas nobilitatē, quū plerique reperian/  
tur, quibus si nomen hoc ademeris, indigni  
luce iudicabunt. SyL. Et si nonnullos contin/  
git a suis parentibus degenerasse, qui eo ma/  
iore odio digni sunt, quod spreis legibus ho/  
nestatis, ad quam virtute maiorum quasi lu/  
mine inuitabantur, maluerint vitam sordidis/  
simis vitijs inquinare, tamen si canes equi &  
alia animalia optia sunt, quæ generosissima:  
certe verisimile est idem in hominibus eue/  
nire, eo quidem magis, quoniam nobiles vi/  
ri, qui vbique locorum in pręcio habentur, &  
natura, & institutione & suorum exemplis  
(quos rari sunt qui non imitari velint) ad vir/  
tutem accenduntur. At vilis & indocta mul/  
tudo nulla maiorum habet vestigia quę se/  
quatur nisi turpia, quorum magis conduce/  
ret obliuisci: quocirca ingenuis disciplinis nō  
tam ob ignauiam, quam quod hortentur ad  
virtutes infesti sunt: quas si quando nanciscū/  
tur, videlicet bonę artes quum ad ingenium